

## Werk

**Titel:** Syncretismi, In cap. 21. tractat. De Ratione Status Germaniae Modernaе a Nonnemin

**Autor:** Schmidius, Sebastian; Zentgraf, Johann Joachim

**Verlag:** Spoor

**Ort:** Argentorati

**Jahr:** 1670

**Kollektion:** VD17-Mainstream

**Gattung:** Dissertation:theol.

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN750576855

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN750576855>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=750576855>

**LOG Id:** LOG\_0002

**LOG Titel:** Benevole, & solidæ pacis studiose Lector.

**LOG Typ:** preface

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)



I. N. I.

Benevole, & solidæ pacis studiose  
Lector.



**D**E *Syncretismo Nonnemini detecto & enecto*, sub initium superioris anni Dn. Georgius Barthold. Schragmullerus, Spirensis, disputationem quandam Theologicam à se conscriptam, pro qua Præsidium Viri Maxime Venerandi, Dn. SEBASTIANI SCHMIDII SS. Theol. Doctor. & Professoris in Universitate Argentoratensi celeberrimi, Conventus Ecclesiastici Præsidis Gravissimi, Patroni & Præceptoris mei piè colendi, itemque præloquium aliquod ad dissertationem impetraverat, solenni colloquio Academico exposuit. Male habuit ea nescio quem *Vincentium Ambrisettum*. Hoc namque nominis sibi homo imponit, ita, ni fallor, scriptionem suam à *libelli Famosi* titulo vindicaturus: verum nisi alia ratione tutus sit, parum sane spei in nomine ficto ei ponendum erit. Transmisso ab Amico exemplo, denuo *Syncretismum* incautis propinari observavimus, adeò crasè, ut & *Scepticismus* & *Atheismus* illis principiis niti queant. Videas sane, cordate Lector, haud dissimilem modum Religiones componendi hic commendari, atque olim flagrantibus *Arianis* & *Eutychianis* controversiis, pacem Ecclesiasticam multos quæsisse *Eusebius* & *Evagrius* commemorant. Animus equidem erat, accedente potissimum *Maxime Venerandi nostri Præceptoris*, quem ubivis fere homo, nec sine cavillis, petit, autoritate, istum *Nonneminem refutantem* prolixè rursum refutandi,

A

sed

sed cum in Catalogo Francofortensi & Lipsiensi inter scriptores eruditos comparere non sustinisset, neglectus, & dilata fuit responsio, qua denique prorsus indigna, ut revera est, *textura* ista visa fuisset, nisi chartam hanc, *qf. refutari nequeat*, apud malæ causæ socios falsò jaçtari audivissemus. Suam sibi jucundam phantasiam habere *Ambrisettum* permittimus, qui prorsus vana opinione inflatus se *Vincentium*, quasi vicerit, appellare non dubitavit, non tamen committere hoc possumus, ut cum veritatis detrimento, vana de ficto *Vincentio*, quasi vero, opinio ad plures serpat, & ingenuos quoque Lectores inficiat. Quare paucis vanitatem hominis nostri, latebras jam quærentis, cordatè, ceu eum, cui gloria Numinis, & veritatis victoria curæ cordique est, decet, detegemus. Æquum, Benevole & pacis in veritate fundatæ studiose Lector, iudicium Tuum nobis promittimus.

## Consideratio

### *Prefationis Ambrisetti ad B. L.*

§ 1. In satis longa brevissimæ tractationi præmissa præfatione, conqueritur *Vincentius Ambrisettus* de iniquitate quorundam Theologorum, quibus etiam mentio pacis Ecclesiasticæ & reconciliationis partium invisa sit. *Eo*, inquit, *acerbitatum hodie ventum est in religionis negotiis*, ut si vel mentio *Conciliationis aut majoris concordie* incidat, Theologorum multis, qui non inter postremos esse contendunt, *ilicibilem moveas*, & quod ajunt, *premente manu ulcus tangas*. Quam rem, si paula attentius considero, non possum non dolere præ veteris ævi moderatione, *insulas nostri temporis amaritudines*. *Augustinus Orthodoxus* quondam *Episcopus* queso, quam blande, quamque leniter in *Epistolis* *Donatistas* compellat, *Arrianos* aliosque sui sæculi *hereticos*, quos omni studio & arte ad *Ecclesiæ unionem* retrahere

\* conatus